



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Cvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXI. Liberalitas S. Henrici. Eiusdem Zelotypia. S. Cvnegvndis innocentiam
suam probat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

*Liberalitas S. Henrici. Eiusdem Zelotypia.
S. Cunegundis innocentiam suam
probat.*

Solus Deus
heres S. Hen-
rici.

Rom.8.

Prov.11.

*De probatione
perferrum
candens, & vo-
meres ignitos
lib.4. Disquisit.
Mag. cap.4. q.4.
Sect.3.*



Vanta eius munificentia, quanta erga D^s y m libe-
ralitas exsisterit, tam in illa Babenberensi Eccle-
sia, quam in aliis compluribus locis, manifestis
operum declaratur indiciis. SOLVM quippe D^E V M
sibi elegit hæredem, quatenus & ipse in consortium æternæ
hæreditatis eum assumere dignaretur. Liberos etenim secun-
dum carnem nec habebat, nec exspectabat. quandoquidem
eam, quam pro coniuge habere videbatur, Chunegundam,
nunquam cognouisse comprobatum est. Qualiter autem in-
notuerit, ad communem ædificationem, prætereundum non
est, vt & castimonia erudiamur exemplis, & diuinorum secre-
torum admiratione moueamur, intelligentes, quemadmo-
dum diligentibus D^E V M omnia cooperantur in bonum. Tantis namq;
ac talibus bonis tentatio deesse non potuit.

Inuidus enim omnium bonorum diabolus, vbi torum
immaculatum sauciare non potuit, Zelotypiæ liuore sedare
cogitauit, & eius saltē famam lādere, cui vulnus corruptionis
infligere non potuit. Facta est igitur, auctōre diabolo, su-
specta criminis ea quæ non nouerat maculam corruptionis.
Sed quia crudelis est, qui famam neglit; expurgationis gratia, ad
vomeres candentes illud sibi iudicium delegit, quod propter
duritiam hominum institutum esse cognoscitur. Cumq; di-
lecta D^s o ad illud iudicium, velut ouis ad occisionem doce-
retur, ingemuit; & ait; Domine D^E V S creator cœli & terræ, qui pro-
basrenes & corda, iudica iudicium meum, & eripe me. Te enim testem &
iudicem hodie inuoco, quia nec hunc præsentem H E I N R I C Y M nec alte-
rum quenquam virum carni commissione vñquam cognoui. Hoc dicto,
stupentibus, ac flentibus vniuersis, qui aderant, vomeres can-
dentes, nudo vestigio calcauit, & sine aduulsionis molestia, se-
cura pertransiit. Ita D^E V S omnipotens vinculum castæ dile-
ctionis

Gionis seruanit, innocentiam comprobavit, & integritati custodiam humilitatis adhibuit.

C A P V T X X I I .

S. Henricus Imp. Apuliam recuperat. Beneuentanum Monasterium adificat. In monte Cassino à calculitormentis liberatur, ope S. Benedicti.

Nter hæc beatissimi Princis gloria magis ac magis proficiebat, & gratia DEI erat cum ipso: Non declinavit clypeus eius à bello, & hasta eius non est auersa. Apuliam de-
Apuliam à Græcis diu possessam, Romano Imperio recuperavit, & eidem prouinciae Ismaëleni Ducem praefecit. Qui postea in Babenbergensi loco mortuus, & in capitulo maioris monasterij sepultus requiescit in Domino.

Beneuentanum monasterium condidit, & omni ornatus decore locupletauit. Cumq; ciuitates Apuliae pertransiret, & quæ ad utilitatem & honorem Regni pertinebant, in eis prudenter dispuisset, cœpit in infirmitate calculi laborare. Cuius morbi molestiam vir sanctus tanta patientia sustinuit, ut passiones carnis ad custodiam humilitatis à Deo sibi collatas assereret: & flagellum correptionis certissimum signum dilectionis esse affirmaret. Fomenta tamen curationum fecit sibi adhiberi; sed nulla medicorum subtilitate ad integrum potuit liberari. Ingrauescente autem dolore, ascendit montem Cassinum, petiturus, ut per intercessionem B. Benedicti, & sanctæ Scholastice, sanitatis ei à Deo prestaretur remedium. Veniens autem ad locum, vbi sanctorum reliquæ fuerant reconditæ, effudit animam suam in conspectu altissimi, & per sanctorum suffragia Benedicti videlicet & S. Scholastice, precibus & lacrymis postulauit à DEO salutem corporis & animæ sibi prestari. Impletumq; est, quod per Prophetam dicitur;

E Exquisitiū dicti,

2. Reg. 1. Henricus Imp.

Apuliam de-
mat.

Ismael Dux

Apulia Bam-
berg amoris ur.

Imp. Henricus

calculo grau-
simè affligitur.

Lege Leonem

Ostiensem li. 2.

Chrom. Casin.

cap. 42. S. 43.

qui rem paulò

aliter narrat,

præsertim de

calculi exem-
ptione.

Montem Casse-

num adit, & à

calculo libe-

retur.

Preces fundit

coram Reli-

quias S. Bene-